

August Varenius

**Rector Acad. Rostoch. Augustus Varenius , D. ... ad Exequias, quas ... Dn. Stephano Schultz/ Senat. per annos XXII. gravis: Marito olim Parentiq[ue] ... Vidua tristissima, & ... Dn. Georgius Schultz ... Filius moestissimus, hodie d. XI. Octobr. ... in templo Jacobaeo illustrari exoptant ... Academiae Cives ... invitat**

Rostochii: Keilenberg, 1678


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774783125>

Druck Freier  Zugang



Varenivs, A.,  
in  
**St. Schultz.**  
Rostock, 1678.

37.







87.  
RECTOR ACAD. ROSTOCH.  
AUGUSTVS VARENIVS, D.



Consistorij Sereniss. Ducum Mechl. Assessor, Colleg.  
Theologici Senior, & h. t. DECANUS

ad Exequias,

quas

*Amplissimo & Integerrimo Viro*

**DN. STEPHANO**

*Schultz/* Senat. per annos XXII. graviss:

Marito olim Parentiq; suo opt. merito, Vidua tristissima,

&

*Reverendus ac Clarissimus Vir*

**DN. GEORGIUS Schultz/**

Eccles. Cœnobial. apud Ribnicenses Pastor fulgidissimus

Filius mœstissimus,

hodie d. XI. Octobr. solemnî ceremoniâ adornant, & frequentiâ no-

ftri ordinis decorâ ad Conditoriû usq; in templo Jacobæo

illustrari exoptant

**Omnes omnium ordinum Academiæ Cives,**

eâ quâ fas est, auctoritate & humanitate invitat.

Pfal. CIII, 2. 5.

*Benedic anima mea DOMINO, & ne obliviscaris ullius beneficiorum ejus!*

*Qui satiatur bono illo ornamentum tuum: innovabit se tanquam Aquila  
pueritia tua.*

**ROSTOCHII,**

Typis Friderici Keilenbergii, Acad. Typogr. An. MDCC LXXIII.

52  
**L**ibrum Psalmorum (quos omnes Davidis, ex veteribus *Augustinus & Cassiodorus*, ex recentioribus *Brentius*, non omnes Davidis, ex illis defendere voluit *Hieronymus* ac *Isidorus*, ex prioribus, *Lutherus*) ex scriptionis alii tempore (ex quo si pronuncian- dum, & hinc lex figenda illi, qui non turbati: sed genuini ordinis Deus est, quique; prout ipse ordinis decori Autor est; ita vult omnia decenter & ordine fieri, de ordine praesenti Psalmorum libri de- sperandum fuerit) alii ex scopo & fine s. ipsa beatitudine (quae in Ps. 1. & 2. thematicè proposita, specialiter inde ad usque; Ps. xx., specialissimè ad finem usque; libri tractetur) alii sic distribuerunt, ut 50. Psalmos prio- res pro *incipientibus*, & *penitentibus*, primordiaque; agonis illius boni, & in illo *Encheiridion Christiani militis* ostendentibus, 50. medios pro *pro- ficientibus*, & in stadio militiæ Christianæ (etsi haecenus aliquando vel gravissimè exorbitarunt) dein majori contentione, nec in incertis: *decurrentibus*, nec ubi certant, *aerem cadentibus*: sed ita fortiter, etiam inter pungentes undique; spinas, certantibus, ut *coronam incorruptam accipiant*, & sic ad *brabeium vocationis supernae* contendant, 50. denique; novissimos, pro *excutibus*, solvendoque; jam jam stadio, suae coronae brabeoque; caelesti prioribus, praecipue scriptas asseverarint, pro illis sc. qui *bonum illud certantem jam decertarunt, qui cursum ferè consummarunt*, sic ut jam devicto triumphatoque; mundo, imminentissimaeque; accer- sitionis Dominicae & suorum corporum redemptionis propiore be- neficio læti, capita attollant, & Jubilæum illud *Halleluja*, vel il- lud: *Benedic anima mea Domino, & ne obliviscere ullius beneficiorum ejus*, (quibus benedictionibus *Jubileis & eucharisticis*, tertia illa Psalmo- rum *πεντηκΟΣή* s. *quingvagenaria*, praeprioribus duabus abundat, totaque; ferè absolvitur) in caelo mox ante thronum Agni decantandū, velut olim Israelitæ ex Aegypto, vel algoso mari jam egressi, servati que; vel ad instar *Simeonis* illius, sanctissimi senis, jam morituri, inter amplexu- s fideles Jesu, illud: *Nunc dimitte servum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace!* triumphali festivoque; plausu intonent. Qui propria con- fessione jam dudum a pietate veterum degenerarunt (conf. Bell. l. de S. E. ad sec. XI.) variis morituros terriculamentis exagitant. *Reliquiae*,  
inqui-

inquunt, peccatorum, quæ remanere possunt in homine justificato, vel sunt ipse fomes, vel mali habitus, vel reatus pœna temporalis, vel peccata venialia. Et fomes quidē, in ipsâ morte, unâ cum sensualitate extingvitur, ac mali habitus, per primum actum, contrarium animæ separatæ, statim à separatione elicatum tolluntur, reatus autē pœna & peccata venialia, (extra martyrium) non, quod Scotus voluit, in primo instanti separationis anima à corpore, vel, prout alii, quos Thomas refert in 4. dist. 21. q. 1. art. 2. in ipsâ morte per gratiâ finalē remittuntur: sed ad purgatoriū ablegantur, in quo, moram animarū justorum, pœnâ non damni solum: sed & sensus, ipsius sc. ignis infernalis ineffabilē sustinentiū, Dominicus à Soto, infra 20. annos (unde & Urbanus IIX. sanctione editâ d. 15. Jan. an. 1628. Canonizationem ullius sancti de functi, nisi lapsis 50. ab obitu illius annis, expressē vetuit) Bellarminus autē longē amplius extendit, cui certum, Viros Sanctos, ob unum solum peccatū non parvo tempore in purgatorio fuisse cruciatos, quin plurimas animas, per multas annorum centurias, ad usq; diem iudicij in Purgatorio cruciari, unde & quidam Pontifices dederint indulgentiâ 10000, imo 20000. annorū, ut tamen in Purgatorio acerbitatis vehementia facere possit, quò debitum 20000. annorū expietur annis 300. vel 400. conf. Bell. l. 1. de indulg. c. 9. (qui tamen l. 2. de purg. c. 9. contra Sotum, concedit quidem Deum posse in Purgatorio compensare extensionē intensione: sed id nolle, conf. quoq; Sinnich. Saul Exrex §. 294.) Ibi ergo teneri hominē satisfacere, sive ut sint duæ satisfactiones, nam etiamsi una sufficeret, tamē ad majorē gloriam Dei, cui satisficit, & majorem honorē hominis satisficientis, placuisse Christo conjungere nostrā suā, quomodo, cum una gutta sanguinis Christi sufficeret ad redimendum totum mundū, Christus tamen voluit totum sanguinē effundere ut esset copiosissima redemptio, & homo justus adultus duplici titulo jus haberet ad eandē gloriā, uno, ex meritis Christi, altero ex proprijs conf. Bell. l. 1. de Purg. c. 14. l. 1. de indulg. c. 4. 13. l. 2. c. 3. 7. 9. l. 4. de pœn. c. 14.) sive (quod Bell. l. 1. de Purg. c. 14. probabilius,) ut sit una tantū actualis satisfactio, eaq; nō Christi: sed nostra, quâ immediatē tollatur pœna temporalis. Ablegantur inde, ad cereos ardentē, ad oleum exorcisatū, & extremæ unctōnis sacramentum, ac, post absolutionē ab omnibus peccatis, auto-



autoritativā (sic tamen ut de absolutionis illius effectu jubeant dubi-  
tare, cum nullus scire valeat certitudine fidei, cui non potest subesse falsū,  
se gratiā Dei esse consecutum, nec adeo certō & absq; ulla hastitatione crede-  
re peccata sibi esse remissa conf. Syn. Trid. Sess. 6. cap. 9. can. 13. 14.  
16.) præter meritum passionis Domini nostri JESU Christi ad meri-  
tum B. Mariae, omnium sanctorum, meritum ordinis, gravamen re-  
ligionis, humilitatē confessionis, contritionē cordis, bona opera, quæ quis ha-  
ctenus fecerit, & per tempus utile pœnitentiæ adusq; extremū Spiritum fa-  
cturus sit, quæ cedant in remissionē peccatorum, in augmentū meriti & gra-  
tiæ, ac præmium vitæ æternæ, cum (quæ Bell. iniquior est l. I. de pœn. c. 4.)  
non absurdè precemur judari ad pœnæ remissionē, nec non ad gratiæ incre-  
mentū, & vitam æternā consequendam meritis Christi, sanctissimæ Deipar-  
æ, omnium beatorū cum Christo regnantium, & nostris etiam proprijs ope-  
ribus ac laboribus, cum omnia suo modo prodesse valeant. Dispellit illa nu-  
bila, prout Sol oriens noctis opaca, DAVID, cum omnē, tum præcipuè  
jamjam suæ metæ, quæ cœlum est, propiorem, Christianum mili-  
tē bonum illud certamen sic decertantem, ut brabeio potiatur cœlesti  
suamq; ipsius animam ad solum יהוה Benedictum Dominum Deum  
ablegans, velut eo nomine celebrandum, quod ille sit (ex merâ gra-  
tiā, sine ullo operum nostrorum merito vel respectu) condonans nobis om-  
nes iniquitates nostras, coram quo adeo, omnibus, etjam sanctis  
mortalibus, & servis Dei (qualis erat David) quantacunq; se operum  
sanctitate commendent, si ex Lege cum his vel operū respectu agendū, in-  
tonandū fuerit illud: Ne intres in judicium cum servo tuo! nam non justi-  
ficabitur corā Te omnis vivens: & alterū illud Davidicū: Si iniquitates ob-  
servaveris Domine, o Domine, quis stabit? (vel cōsistere corā te poterit?)  
& adeo missis illis vanissimis ac blasphemis alicubi satisfactionū meri-  
torumq; larvis & simulacris provocandū unice ad illam, quæ per viscera  
misericordiæ, ex patrimonio Crucifixi, ex vulnere Redemptoris, habe-  
tur, condonationē, s. remissionem peccatorū gratuitam & illud fedus gra-  
tiæ, ad quod, diffusi omnibus suis meritis abjectisq; omnibus suorum  
operum justitiis, velut quæ rigore legali discussa corā Deo habent in-  
star panniculi abjectissimi, appellant sancti, præeunte Davide, qui proinde

de

de statim portum occupat. Ne quis enim excipiat: si Deus in ipsis sanctis suis reperit *iniquitates*, & in quibus has reperit, illi stare non possunt. E. non solum *impj*: sed nec sancti ipsi coram Deo *in iudicio consistent*, statim addit illud: sed APUD TE, O DOMINE, est *omnimoda* (culparum & pœnarum) *condonatio* Ps. CXXX, 3. 4. CXLIII, 2. Neq; saltem Christiano miles suæ metæ propior, celebrat Deum, ut *condonantē sibi omnes iniquitates*: sed & ut *sanantē omnes suos morbos* (plagas sc. quas placatus, jure *Patris, flagellans quemcumq; Filium agnoscit* Hebr. XII, 6. immittit, & adeo quos *percussit*, iterum *sanando*) ut jure vindicis redimentē à *foveâ perditionis*, vel juxta Chaldæum à *Gebēna*, vitā suā, quin & sibi hâc in vitâ imponentē *coronam benignitatis & misericordie* (miserationum) prout in alterâ vitâ *coronā gloriæ* (Dominus quippe dat *GRATIAM & GLORIAM* Ps. LXXXIV, 12.) Sequitur enim v. 8. quod Hieron. juxta literā expressit: *DOMINUS replet bonis ornamentum tuum*, Græci & hos secutus in Psalmis Vulgatus: *desideriū tuum*. Chaldæus autem & ceteri interpretes ferè omnes *μεταωυπιαν*, sic ut *ornamenti* vocabulo intelligatur, sive ipsa *Canities* (non quidē qvalis libet: sed *quæ in viâ justitiæ invenitur*, quâq; *coronā ornamenti* pronunciauit Salomo Prov. XVI, 31.) quod voluit Chaldæus reddens: *DOMINUS saturat in bono dies senectutis tuæ*, sive ipsum *Os* vel *Lingua*, velut in piis vel *sanctis*, ornatus & gloriæ instrumentū (quomodo & *Gloriæ* vocabulū Ps. XVI, 9. per *Lingvā* expressit Apostolus Act. II, 26. conf. Jac. III, 9.) ut sensus sit: *DOMINUS satiāt bono os tuum*, quomodo & Lutherus magnas autoritates Hebræorū & Christianorū secutus expressit: *Der deinen Mund fröhlich macht*. Ut tamen metonymiā tali opus haut sit. Totus status Renatorum, etiam in regno gratiæ, Spiritus S. stylo familiarissimè venit nunc *ornat9*, nunc *ornatum sanctitatis* Ps. CX, 3. nunc, hâc ipsâ Davidicâ voce, *ornamenti ornamentorū* i. e. excellentissimi ornamenti vocabulo (Ezech. XVI, 7.) qui quidē ornatus consistit in fide & sanctitate, velut vestibus sacris, quæ decent *ιερατευμα αγιον* conf. II. LXII, 1. 1. Pet. II, 5. 9. Ap. V, 10. c. XIX, 8. Eph. V, 26. quo sc. ornamento armati spirituales milites in aciem educuntur *adversus ipsos infernales* *νοσμευατορας*, Eph. VI, 11. 12. sive referatur ad hanc, sive potius ad futurâ in cœlis vitâ beatâ

(cujus

(cujus bona *saturitatis* bonorum vocabulo passim veniunt conf. Ps. XVI, 11. Ps. XVII, 15. XXXVI, 9. 10.) & quorsū respectus Chaldaeo fuit in addito immediatē: *Renovabit se sicut Aquila, pueritia tua, quod ipse expressit: in seculo futuro (s. vitā aeternā) renovabis, sicut Aquila, adolescentiā tuam,* longē sanctiūs, quā communiter exprimitur de *vigore roboris & sapientiae instaurando* sanctis in *senectute*, ad instar *aquilarū*, pennas plumasve certo intervallo variantium, & longævarū, quā sine afferuntur quæ Aristot. l. 9. hist. animalium de VI. generibus Aquilarū, & de *senescentibus Aquilis*, quibus rostrū superius accrescat, incurveturq; subinde magis magisq; ut demum fame intereant. Graviter Ambr. tom. 5. serm. in Dom. in Alb. de gratiā baptismatis explicat, & de Aquila: *Hec, inquit, avis assiduā commutatione habitus sui longā ducere fertur atate & vetustis jam fatifcentibus plumis novā pennarū successione juvenescere, ita ut depositis antiquitatis exuvijs redivivā indumentorum nativitate se vestiat. Senectutē quippe aquilæ non sentiunt membra: sed pluma. De novo ergo se vestit, & pullulantibus pennis vetusta mater iterū renovatur in pullū. De baptismatis igitur gratiā hoc sanctus Psalmographus prophetavit, & paulō post: Non dicit: sicut Aquilarū: sed sicut Aquila, quā unā & solam Aquilā, cujus in nobis renovanda Juventus, rectē Christū Dominū dixerim, cujus juvenus tunc renovata est, cum à mortuis resurrexit. Atq; nostra quoq; renovatio, sic, ut fiamus integri conformes illi gloriosæ Aquilæ CHRISTO JESU, demum perfecta stabit inde à die novissimo, ubi depositis corruptelæ corporalis exuvijs, redivivā carnis assumptione reflorescemus, & ad exemplum magni Antecessoris, DOMINI gloriæ, redivivā de sepulchro, resurrectionis gloriā germinabimus. Nos in præsens superiorē æconomiae Psalmorū controversiam, alibi abs nobis decisam, excutere nolumus: sed ad funus præsens indictivum distributionem illam novissimā saltim afferimus. Quocirca, quod parum Functo ad censum Davidicum & Jubilæum cœlestem facit, nō nisi in transcursu venerabimur, natale sc. solū Beato, hoc ipso mense Octob. d. 16. an. 1612. vicinum ad ostium Varni municipium, Warnemundā obtigisse, Parentē STEPHANUM Schulz/ Civem ædisq; Sacræ Præfectum, Avū paternū, Virum Rev. DN. JOHANNEM Schulz/ Pa-*

storem olim Plaviensem fidelis. Aviam paternā, CATHARINAM  
 Francken/ Consule Plaviensi editā, Parentē alteram fuisse CATHARI-  
 NAM, JOHANNIS Lange/ Pharmacopœi olim Plaviensis, & MARLÆ  
 Grünewalds/ Filiam, honestissimisq; sic natalibus (qvi vel de jure di-  
 vino Deut. XXIII, 1. 2. & seq. in Senatore vel qvocunq; Magistratu re-  
 qviruntur) fulgidissimū beatē defunctum fuisse, inter aspera, fragosū  
 ipsi ephebo, Parentibus præmaturē orbo, iter ad virtutē constitisse,  
 jam 30. annos natum, adultq; sic virilitatē adeptū, planē ex Hesiodi  
 regulā illā

Ἠραῖος ἢ γυναῖκα τὸν ποτὲ εἶκον ἀγεαχ

Μῆτε τρηκόντων ἐτέων μάλα πόλλ' ἀπολείπων

Μῆ' ἐπιθεῖς μάλα πολλά· Γάμος δέ τοι ἄριστος οὗτος.

cum pudicissimā Matronā ANNA Degeners/ Integerr. qvondā Civis,  
 TITI Friesen/ relictā conjuge, votū legitimi conjugii iniisse, cūq; illā,  
 non sine secundo 3. Filiis, unaq; Filiā (ex qvib9 post CATHARINAM  
 in infantia, STEPHANUM in pueritiā, acerbo funere raptos, CHRIS-  
 TIANUM autem in ipso Juventutis flore, lamentabili prodigiofoq;  
 Poetis celebribus decantato ante bienniū, naufragio, in exarmato fa-  
 tiscentiq; jam navigio, cœlo sereno, mariq; tranqvillo, unā cum tan-  
 to, elegantium, utriusq; sexus animarū numero, in vicino Baltico  
 ponto, dum Havniā tendebat, miserē, postqvā periens omnia secum  
 cōsumta viderat, mersum extinctumq;, solus superat, & qvām diutis-  
 simē superet Rever. & Cl. DN. GEORGIUS Schulg/ Nobil. Partheni  
 Ribnicensis Eccl. Pastor fulgidis. Amicus noster multū dilectus)  
 thalamo, placidissimo conjugio XXV. annos transegisse, tantā Con-  
 juge orbatum, ad vota secunda transiturum, Virginem sui sexus Vir-  
 tutibus ornatissimam CATHARINAM, Spectatissimi & honestissimi  
 Viri DN. THOMÆ Straleborns/ Civis & Negotiatoris olim apud  
 Lübecenses primarii Filiam unicam exambiisse, cumq; desponsā sibi  
 postmodum tranqvillum trium annorum Conjugium coluisse, cū-  
 que Reipblicæ profutura Virtus Spectatissimi Viri videretur, per  
 gradus *Centumviri*, & *Ærarij Civitatis Præfecti*, ad *Senatorij ordinis* di-  
 gnitatem, annis abhinc 22. evectum, & in hac, officiis discretis, præ-  
 clarē functum fuisse, tandemq; ex senili Marasmo, antidoto artis Me-  
 dicæ

dicæ invlido, distributâ in uxorem, Filiumq; *benedictionē valedictoriæ* publicasse, atq; sic proximè præterita die Dominica s. 6. Octobr. circa occasum solem 66. annos natum, inter tristissimorum gemitus & vana desideria, inter tot ardentissimas adstantium preces hinc emigrasse. Major functi gloria, qvod & in *Incipientibus* ipsius ex confragofo veniens virtus pulcherrimè sese ostenderit, ac sicubi exorbitatum à pietatis & sanctitatis regulâ, maturâ illud agnitum, emendatumq; pœnitentia fuerit, qvodq; domi scripturas sedulo legendo, & templa, etiam tremebundo jam succiduoq; poplite, sine *Optione* pedissequo, frequentando, pretiosissima qvoq; scripturarum aureola peculiari libello consignata, memoriæ mandando, probavit se jam tunc in *proficientibus*, unde declivis ad coronam ceterave consumandi boni illius certaminis, ipsi *cursum* fuit, qvodq; prout *infans per unum Spiritum, in unum corpus baptizatus*: ita adultior, per omnes annos totiens, & novissimè, jam suo funeri proximus, domi accepto *ἐφ' ὅτι Δεσποτικῶ*, pretiosissimo corporis, ac sanguinis epulo, in *unum Spiritum fuerit potatus*, bona fidè ostenderit, se in illis, *hanc militiam*, suumq; in hoc *stadio* cursum (cui illustrè illam Varronis *γῶμην*,

*Nemini fortuna cursum à carcere intimo missum.*


*Labi inoffensum per æquor candidum ad calcem sinit.*

explicare licebat) victoriosè *absolventibus*, & velut jamjam *exituri* de hoc seculo, ex qvinqvagenâ tertiâ Davidicâ, HALLELUJA magnū & illud: *Benedic anima mea DOMINO!* intonantibus, & inter illos plausus & triumphales gemitus placidè beatèq; expirantibus. Ita ergo DN. STEPHANUS Schulz Civis, Senatorq; bonus, abiit, abiit! Et jam vicit, jam pulverem deterisit, jam soluto stadio quiescit, *et erit in pace memoria ejus*. Corpus verò, dum sub gloriosæ reformationis & resurrectionis spe, Terræ hodie magnæ matri traditur, Omnes omnium ordinū Cives Academicos, ut exequias Viri Senatoris suâ fulgidissimâ præsentia illustrent, posthumū sic Viro meritis. affectū testaturi, imminentissimāq; mortem recenti hoc exemplo meditaturi, monem⁹.

P. P. Rostoch. Sub sigillo Rector. d. XI. Oct. an. 1678.














florem olim Plaviensem fidelis. Aviam paternā, C  
 Franke/ Consule Plaviensi editā, Parentē alteram fu  
 NAM, JOHANNIS Lange/ Pharmacopœi olim Plavie  
 Grünewalds/ Filiam, honestissimisq; sic natalibus (q  
 vino Deut. XXIII, 1. 2. & seq. in Senatore vel qvovunc  
 qviruntur) fulgidissimū beatē defunctum fuisse, inte  
 ipsi ephebo, Parentibus prematurē orbatō, iter ad vi  
 jam 30. annos natum, adultāq; sic virilitatē adeptū,  
 regulā illā

Ὠραῖος ἢ γυναῖκα τὸν ποτὲ οἶκον ἀγεαδῶ  
 Μῆτε τριηκόντων ἐτῶν μάλα πόλλ' ἀπο  
 Μῆ' ἐπὶθεῖς μάλα πολλά· Γάμος δέ τοι ὄψ

cum pudicissimā Matronā ANNA Degeners/ Integer  
 TITI Friesen/ relictā conjuge, votū legitimi conjugii  
 non sine secundo 3. Filiis, unaq; Filiā (ex qvib; post  
 in infantia, STEPHANUM in pueritia, acerbo funere  
 TIANUM autem in ipso Juventutis flore, lamentab  
 Poetis celebribus decantato ante bienniū, naufragio  
 tiscentiq; jam navigio, cœlo sereno, mariq; tranquil  
 to, elegantium, utriusq; sexus animarū numero, i  
 ponto, dum Havniā tendebat, miserē, postq; perie  
 cōsumta viderat, mersum extinctumq;, solus superat  
 simē superet Rever. & Cl. DN. GEORGIUS Schulz/ M  
 Ribnicensis Eccl. Pastor fulgidis. Amicus noster m  
 thalamo, placidissimo conjugio XXV. annos transe  
 juge orbatum, ad vota secunda transiturum, Virgine  
 tutibus ornatissimam CATHARINAM, Spectatissim  
 Viri DN. THOMÆ Straleborns/ Civis & Negoti  
 Lübecenses primarii Filiam unicam exambiisse, cum  
 postmodum tranquillum trium annorum Conjugi  
 que Reipublicæ profutura Virtus Spectatissimi Viri  
 gradus Centumviri, & Aerarij Civitatis Præfecti, ad Sen  
 gnitatem, annis abhinc 22. evectum, & in hac, offic  
 clarē functum fuisse, tandemq; ex senili Marasmo, au



AM  
 RI-  
 CLÆ  
 di-  
 re-  
 osū  
 ffe,  
 odi  
  
 vis,  
 illā,  
 AM  
 RIS-  
 ōq;  
 o fa-  
 tan-  
 tico  
 um  
 tis-  
 enū  
 tus)  
 on-  
 Vir-  
 ſimi  
 pud  
 ſibi.  
 cū-  
 per  
 di-  
 præ-  
 Me-  
 dica